Lxxv

Noverint universi presentes pariter et futuri hoc publicum instrumentum inspecturi. Quod anno ab in-
carnatione domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, et die veneris post festum beati Iohannis ante portam
latinam. Domino Philippo illustrissimo rege Francorum regnante. Ego Deodatus Cabanerii de Annio heres universalis Berengarii
Cabanerii condam patris mei, faciens in sua scripta ex mea pura scientia sanus et prudens de facto et de iure con-
silio plenius et instructus non coactus in aliquo sed gratis et mea pura sponte libera ac spontanea voluntate
non vi metus calliditate seu ingenio deceptus arte vel machinatione alicuius. bona fide et sine omni dolo et
fraude sed gratis. Scio et in veritate vera confiteor et recognosco. quod per eum hoc vero et publico instrumento
semper firmiter valituro et irrevocaturo. me tenere et tenere debere meos que predecessores tenuisse in ac-
captum et in emphiteosim. A vobis nobili et potenti viro domino Berengario de Arpajone milite domino de Calomonte
et castri novi de Levesone. videlicet mansum vocatum de Fontecaprario. situm in iurisdictione dicti nobilis. Et scio quod vos
dictus nobilis habetis in dicto manso annis singulis. Quintum bladorum in dicto manso crescentium. Excepto de ortis
et parranciis antiquis et consuetis. Item scio et in veritate vera confiteor et recognosco me [illegible] nobili
[illegible] mansi [illegible] domini [illegible] solidos [illegible] et duos [illegible] et duas galli[illegible]
Item scio et in veritate vera confiteor et recognosco me tenere et tenere debere [illegible]
dominium. Situm in iurisdictione vobis dicto nobili. Et scio quod vos dictus nobilis habetis in dicto manso annis singulis quin-
tum bladorum in dicto manso crescentium. Et duos solidos Ruthenenses et unam gallinam. De quibus debeo vobis solvere
medietatem. Et aliam medietatem Bernardus Merle qui eum tenet et possidet. Censuale cum dominio, vendis et laudimiis
ac iure prelationis consilii et retentionis. Item scio et in veritate vera confiteor et recognosco me tenere et tenere
debere meos que predecessores tenuisse a vobis nobili et potenti viro supradicto mansum vocatum del Poiet situm in iuris-
dictione dicti nobilis. Et debeo tenere de vestrum dictum mansum del Poiet. versus ad superius caminum quod transit de Bono loco
apud Mauriacum. Et ab alia parte cum Bono de Brentort et Malaspte. Cum pertinentiis de Bolbag. Et ab alia parte cum
affario mansi de Fontecaprario. De quo dicto manso debeo vobis viro dicto nobili. Quintum bladorum in dicto manso crescentium
excepto ortis et parranciis consuetis. Tamen de parranciis ut est dictum. Censuale cum dominio. Item quandam vine-
am. Scio et in veritate vera confiteor et recognosco me tenere et tenere debere meos que predecessores tenuisse a vob-
is nobili et potenti viro supradicto. sestariatam in territorio de [illegible] quam adquisivit dictus Berengarius frater
meus. ab Andrea Bonafos. sub censu duos emynas vini. Censuale cum dominio. Item. Scio et in veritate vera
confiteor et recognosco. me tenere et tenere debere meos que predecessores tenuisse in accapitum et in emphi-
teosim. medietatem quinti bladorum mansi de Galmoza. prout dictus frater meus adquisivit. sub censu et domi-
[illegible] et recognosco me tenere et tenere debere mansum de Bonavalle a vobis
nobili et potenti viro supradicto. [illegible] dominio. medietatem quinti bladorum in dicto manso crescentium. Et unam
libram cere censualem cum dominio. vendis et laudimiis ac iure prelationis consilii et retentionis totiens quotiens omnia
supradicta per me dictum Deodatum Berengarium vendentur permutarentur seu alienarentur in solidum vel in parte pro quolibet solido
unum denarium. Promittens vobis dicto nobili. quod ego faciam pro omnibus universis et singulis mansis supradictis iam expres-
satis vobis et successoribus vestris recognitionem et recognitiones. ipsi similem et similes quando per nos seu vos super
hiis legitime fuero requisitus. Promittens etiam vobis quod dicti mansi supradicti per me recogniti et expressati non
alienabo permutabo nec impignorabo personis aliquibus prohibitis nec hospitalibus caritatibus ac domibus religiosis nec
aliis personis quibuscumque in preiudicium iuris vestri. sine vestra licentia ac voluntate laudimio et assensu. Item promitto
vobis. quod in supradictis mansis aliquod homagium nec annuam pensionem non imponam. fundo pro predictis mansis perma-
nente vobis et vestris esse bonus et fidelis. iure vestra proprietate observata. Renuntians super quibus ex mea pura
scientia doli et infactum actioni et exceptioni et quod metus causa ob eam et sine causa et iniuste facti ignorantie
et presenti recognitioni non facte. Et generaliter omni iuri canonico et civili condito et condendo quibus
mediantibus contra predicta venire possem seu in aliquo me tueri vel defendi. Et predicta omnia universa
et singula supradicta contenta tenere servare attendere et complere et non contra facere nec venire nec ven-
ienti in aliquo consentire de iure nec de facto in iudicio nec extra per me nec per aliam interpositam personam
Ita promitto et iuro ad sancta quatuor dei evangelia a me corporaliter gratis tacta [illegible]
de Arpajone miles dominus Calomontis et dicti castri novi recipiens [illegible]
per te dicto Deodato de predictis recognitionibus omnes recognitiones. recognitas prout in [illegible]
Deodato confirmamus et emologamus salvo et retento in omnibus iure nostro. Et si in [illegible]
dicta vero maiore censu vel censu reperiantur instris antiquis quod teneris nobis solvere. Acta fuerunt
hec. apud dictum castrum novum de Levesone. In camera dicti nobilis. In presentia et testimonio magistrorum
Bernardi Guillelmi [illegible] Et Guillelmi [illegible] Et nobilis Guidonis de [illegible] domicelli Et magistri Bernardi
Guillelmi Bernardi [illegible] de [illegible] Et magistri Hugonis Fabri notarii dicti castri qui de predictis notam recepit
et in libro suo seu protocollo eam posuit et registravit. Cuius auctoritate et mandato Ego Bernardus [illegible] de Annio clericus
iuratus et substitutus dicti notarii. hoc instrumentum de dicta nota non cancellata scripsi et fideliter extraxi. Et
in hanc formam redegi. Ego vero Hugo Fabri notarius predictus [illegible] collatione de dicta nota cum
presenti facta. sic scripsi et signo meo signavi

1324 N° 73

Recog^ce consantie a puissant
Seig^r Brenguier d'arpaion seig^r
de castelnau par Dieudoné et
~~Bernard de millau du mas~~
et cabanier de milhau dudit mas dict
de francone, soubs le quint des
bledz, [et] soubs la cense de 6 sol. roy.
3 emines avoyne 2 gellines et
i [illegible] cire et de un masdict de Galdone
soubs le quint 2 sols roy. pi gelline

N° 73

Castelnau de
Sevéroi

Dous Cabanies
[illegible] Galdone

1324. N° 31

Homage au Seig^r de Castelnau par
Deodat Cabanier de Millau, pour
certain [illegible] galines [illegible]
[illegible] et [illegible]
terroirs.

N° 24

Mss (Large) Box 3 Folder 8